

A P P R O B A T I O.

Eximum ac omnibus numeris absolutum Opus ; cui Titulus : *Dissertationes Selectæ Historicæ Dogmaticæ-Scholasticæ. De Auguſtissimo Eucharistiæ Sacramento exaratum ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino D. F. Josepho-Maria Pettinezzi ex Ordine Minimorum Archiepiscopo Bostrenſi: Promovendorum ad Episcopatum Examinatore : ac Congregationis ejusdem Examinis à secretis : nec non Romanæ, & Universalis Inquisitionis Consultore ; de mandato Reverendissimi P. S. Palatii Magistri pervolvi. Dignum Authore Opus , omnigena sanè sacrarum facultatum doctrina , qua pollet Author , exundat & opus : Nec minimum , quod Fidei , ac morum integritati aduersetur , nactus sum : quinimodo , veluti in horto concluso prælibato , omnium Sacrarum Scientiarum flores in promptu Lector habet ; unde , quâ industris apis , quod magis optat hauiens , *Chrifi bonus odor fiat* : hinc Theologico-Scholasticæ Disceptationis præsidio , ubertimum lumen , quo Eucharistiæ Mysterium , ac manna absconditum pervadat , assequitur : illinc Moralis Theologiz ductu , ad dirigidos erga cœlestem Patriam , cuius Eucharistia est pignus , gressus suos instruit ; Ex Dogmaticis , & Historicis Dissertationibus , mille clypeos , veluti ex mystica aree sint pendentes , depromit ; Eapropter pro operis merito ; ac pro expeditiori assequendarum scientiarum beneficio , prælo consignari operæ pretium duco . Romæ ex Ædibus S. Silvestri in monte Quirinali die 1. Julij A. 1739.*

D. Franciscus Antonius Cavalcanti Procurator Generalis Clericorum Regularium : Consultor Sac. Congregationis Indulgentiarum : Qualificator S. Romanae & Universalis Inquisitionis ; & Theologus E.E. Cardinalium Firrao , & Paffari .